



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

111. S. Basilivs Ad Demosthenem quendam ciborum Imperialium
curatorem, literarum verò indoctum, culpantem virum sanctum & mundi
doctorem. Capit. eodem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

*Stultus es ò praesul, tanti qui principis exul
Cum donis tantis spernis amicitiam.*

BASILIVS.

*Hanc mihi perpetuam cum sanctis expeto Christi
Stultitiam, sapiens sis maneatq; tibi.*

PRAEFECTVS.

*Egrederere atq; mihi quid sis factururus in illo,
Post hunc qui sequitur, dicito certa die.*

BASILIVS.

*Non ego mutabor quicquam, sed crastinus idem
Hic adero, hac constans mens mihi semper erit.
Tu modò ne mentem commutes impius illam,
Vtere crudelis supplicio, atq; minis.*

III. S. BASILIVS AD DEMO-
sthenem quendam ciborum Imperiali-
um curatorem, literarum verò in-
doctum, culpantem virum san-
ctum & mundi doctorem.
Capit. eodem.

TVum est de pulmentarijs cogitare, non
dogmata diuina concoquere.

*Est curare tuum bene pulmentaria munus,
Non coquere impurè dogmata pura Dei.*

Disputet

*Disputet indoctus non quisquam, aut iudicet illa,
Quæ se non nouit cognita habere satis.*

112. PAMBVS INTERROGATVS
cur fleuerit aspiciens mulierem thea-
tralem Alexandria, cùm esset apud
Athanasium, inquit
Cap. eodem,

DVæ me res mouerunt: vna, quæ est illi-
us perditio. Altera verò, quòd ego non
tantum studeo placere Deo, quantum
hæc, vt turpibus placere possit hominibus.

*Conspiciens Pambus meretricem veste theatro
Ornatam, tristis flet q̄, dolet q̄, diu.*

Quid solus lachrymet quæ situs, talia dixit:

Sunt res cur lachrymem, cur doleam q̄, duæ.

Illius interitum meretricis defleo primùm,

Quem sibi peccatis attrahit ipsa suis.

Inde gemo, quòd non studeam sic ipse placere

Aeterno vera cum pietate Deo:

Vt studet hæc ornans multo molimine corpus,

Turpibus, hæc meretrix, complacuisse viris.

113. S. ANTONIVS AD PHILO-
sophum quendam, interrogatus, quo-
modo se consolaretur, lectione
codicum priuatus,

O, in-